

**5262** Olim Comi prostitisse titulum intellexit iam LAUDENSIS q. d. Anon.: ‘animadvertisum est hanc marmoream mensam olim Comi fuisse et cum urbs illa... delecta a Mediolanensibus extisset, illam uti inter praedam Mediolanum advectam’. Cui opponit ANONYMUS VALERII q. d., id est ipse Alciatus: ‘quod mihi nec verisimile fit, cum tabula ipsa, quae has habet litteras, tantae fuerit magnitudinis, ut non nisi maximo labore potuerit ‘moveri’. — Apud Mediolanum ad antiquam Ambrosii... aedem marmoreas inter confractas tabulas ab interiori sepulchri parte compositas CYR. (ed.); in S. Ambrosii fano in lapide marmoreo levissimo in IIII partes accisas diviso et in tumulum nunc constructo PARM. CHIG. MARCAN. In aede Ambrosiana tabula marmorea, quam quattuor in frusta divisam nobile Lothario regi sepulchrum facturi... in formam arcae composuerunt.... intrinsecus litteras obverterunt, ut nisi immisso lumine non legantur. Vacua nunc ea arca est TRISTANUS CHALCUS. Ad S. Ambrosium in capella ad dextram lapis in quattuor cisis partes ALCIATUS (CHOLERI). In aede divi Ambrosii in marmoreo reg. monumento intus in sacello S. Georgii versus monachos in Porta Vercellensi ALCIATUS (COD. BRANCACC.). In templo S. Ambrosii; marmor in quattuor partes incisum et pro tumulo Reginae (ita vulgo vocant) compositum nisi ab his qui sepulcrum ingrediuntur legi non potest, quia imperitissimus quadratarius extrinsecus eam mensae partem apposuerit, quae solida et nullis litterarum formulis concisa erat ALCIATUS (DRESD.). Superioribus diebus nostro labore inventum est... epitaphium... mensa marmorea est incuria maiorum nostrorum in partes quattuor divisa et ideo quibusdam scalpello exesis notulis, quae in divi Georgii aedicula Ambrosiani fani vicem cenotaphii praestat ALCIATUS (VALERII iisdemque fere verbis in HISTORIA PATRIA). A se admonitum Alciatum titulum inspexisse scribit BONAV. CASTILIONEUS praepositus S. Ambrosii in vitis primorum Mediolanensium episcoporum ms. (cit. Casati ad Cicerei epistolas 1, 108). ‘Primam latissimam mensae partem ante annos quinque (puto 1548, quo anno ad Maioram veni cum eo victurus) me videre memini, nunc omnis desiit hominum inertium neglegentia’ CICEREIUS in adnotatis ms. ad Alciatum. Vere anni 1858 primum fragmentum (habens v. 1—8 principia) eruderatum est in ipsa ecclesia S. Ambrosii prostatque hodie expositum in portico eiusdem. — In aedicula S. Georgii basilicae Ambrosianae sub stillicidio versus domum monachorum cum tradatur sepultum esse regem Lotharium († 950 Nov. 22), PURICELLIUS (Ambrosianae Mediolani basilicae monumenta Mediol. 1645. 1, 289) suspicatus est regem conditum esse in ipsa illa arca marmorea ex Pliniano titulo confecta, quam demonstrat stetisse in eadem aedicula certe ad a. 1512, periisse videri quo tempore aedicula ea ab Abduarum familia restituta et ampliata est, frustra indagatam esse terra loco indicato altius effossa c. a. 1612 a cardinali Federico Borromeo. Coniectura illa Puricelli etsi probabilis est et convenit cum eo quod scribit Chalcus, tamen notandum saeculo XVI eam arcam vulgo dictam esse Reginae. — ‘In oppido Tradate agri Mediolanensis in muro fossae’ CAPPONIANA Muratorii itemque codex monasterii Cisterciensium Mediolani n. 259 citatus a CASATIO ad epistolas Cicerei (Mediolani 1782) 1, 108. In codice Cicognae n. 2704 in appendice non Iucundiana f. 250' legitur sine loco post Tradatensem, mero descriptoris cuiusdam Cyriacanorum errore.

C · PLINIVS · L · I OVF · CAECILIVS	s e c u n d u s	c o s
AVGVR · LEGAT · PRCPR · PROVINCIAE · PONTi	e t b i t h y n i a e	
CONSVLARI · POTESTAT · IN · EAM · PROVINCIAM · Ex	s . c . missus	a b
IMP · CAESAR · NERVA · RAIANO · AVG · GERMANICO	d a c i c o	p . p
5 CVRATOR · ALVEI · TIBERIS · ET · RIPARVM · Et	c l o a c a r .	u r b
PRAEF · AERARI · SATVRNI · PRAEF · AERARI · MILIT.	p r .	t r i b .
QVAESTOR · IMP SEVIR · EQVITVM	r o m a n o r u n	
TRIB · MILIT · LEGii · GALLICAE	x v i r s t i	
TIB · IVDICAND · THERM as ex iis . . . . .	A D I E C T I S	· I N
10 ORNATVM · HS · CCC . . . . .	et eo amp	LIVS · IN · TVTELAM
HS · CC · T · F · I	item in alimenta	LIBERTOR · SVORM · HOMIN · C
HS · [XVII] LXVI DCLXVI · REI p.	legavit quorum inc	REMENT · POSTEA · AD · EPVLVM
PIEB · VRBAN · VOLVIT · PERTIN ere . . . . .	item uiuu	S · DEDIT · IN · ALIMENT · PVEROR
ET · PVELLAR · PLEB · VRBAN · HS	d item bybliothecam et	IN TVTELAM · BYBLIOTHE
15 CAE · HS · C		

Descripti fragmentum primum. Cyriaci exemplum legitur in comm. ed. p. 28 et in libris Parmensi f. 108 n. 34. 35, Rediano f. 78' n. 26. 27, Chigiano I. VI. 203 f. 41', Marcanovae Mut. f. 106 n. 7, Feliciani n. 55. 56, Ferrarini (Trai. f. 68 n. 53, Reg. n. 5 et 68), Vatic. Ottob. 2967 (olim Stoschiano) f. 82, Sanuti f. 92'. Postea Alciatus de hoc titulo et singularem commentarium edidisse se scribit (eum puto quem inscriptum Rufino Cribello sacerdoti ed. Mur. 732) et eum explicatum et restitutum inseruit historiae patriae I. II p. 125 et posuit in sylloge apud Cholerum f. 22' et forma diversa cod. Dresd. I. 1 f. 10, a qua posteriore eius recensione pendent reliqui omnes: Tristanus Chalcus hist. patr. p. 18; Cattaneus ante ed. epistularum Plinianarum, quae primum prodiit Mediolani 1506; Iovius in add. f. 73; Tacuinus 1525 f. 77; Apianus 55, 1 coll. add. (unde apparent expressum esse titulum ‘ex antiquitatibus Pirchameri Norimbergensis’, vulgari scilicet forma Alciatina, sero autem editores nactos esse exemplar Io. Cholera melius); Panvinius fast. ad. a. 853, Ver. p. 152, syll. ms. Vat. 6035 f. 50. 68; Ligorius ms. Taur. 11, qui acceptam refert sculptori Julio Castignolae; Fabricius antiq. p. 80; Smetius 159, 6 ex Apiano; Sirmonius cod. Par. 1417 n. 14; Grut. 454, 3. 1028, 5 ex Apiano et Panvinio et Alciatinis; Borsieri I. 4. inscr. 21 ex Iovio et Cigalino iuniore; Palermus de vera Plinii patria (1668) p. 166 ex Iovio; Mur. 732, 1 ex Alciatinis bibl. Ambros. et schedis Capponis; Saxius peric. anim. p. 69; comes Oct. Boari Foroalienensis in commentario inscripto ‘de C. Plinii Caecilii Secundi Novocomensis testamentaria inscriptione Mediolanensibus adserta et illustrata’ Mantuae 1773. 4. pp. 106, ubi in tabula decem huius tituli exempla composuit Alciatina omnia, scilicet Calchianum, Alciatina hist. patr., cod. Ambros. D 425, cod. Vat. 5236, Tacuinianum, Apianum, Gruterianum, Murorianum, Zaccarianum, denique a se restitutum; Donat. 260, 1 ex Iovio et Alciato; Rovelli 1, 253; Aldini n. 38 ex Tristani Chalci hist. Mediol.; Orelli 1172 ex Zaccaria. Deinde ego ab Alciati exemplo rediens ad Cyriacanum restitui in ann. inst. 1854 p. 42 (quod exemplum repetiverunt Henzen vol. 3 p. 124; editores operum Borghesii 4, 112; Monti n. 46) et secundis curis in Hermae vol. 3 p. 110 sq.

Variam lectionem subieci Cyriacanorum exemplarium optimorum octo: editi Parmensis Rediani Chigiani Marcanovani Feliciani (Marcian.) Ferrarini (Traiect.) Stoschiani, item Tristani, denique Alciatinorum trium: Choléri Brancacciani Dresdensis. Sed lectio tota pendet ex Cyriaci exemplis antiquissimis. Praeterea adhiberi poterit Alciati Choléri, quod videtur exceptum esse ex ipso marmore; contra eiusdem exemplum Brancaccianum et magis etiam Dresdense et contaminata sunt adhibito Cyriacano et passim suppleta. Tristanianum ni fallor non est nisi ipsum Alciati primitivum, cum et in reliquis Tristanus, quamvis nomen Alciati suppresserit, ab eius copiis pendere videatur, et falsa lectio v. 15 CAES pro CAE aliam explicationem recipere vix videatur. Solent autem Cyriacani auctores quattuor fragmenta proponere ad hoc fere exemplum: